

*aus.* Fatentur enim *Jesuite*, *Pontificis Romani esse*, *dominium ex-*  
*ercere I. Spirituale*, tanquam *caput Ecclesie visibilis*, & *Vicariū*  
*Christi* super Universam Ecclesiam. *II. Temporale*, in ordine ad  
 illud, partim *directè*, titulo donationis ac concessi patrimonii  
 plurimas tenendo ditiones; partim *indirectè*, præensione ju-  
 ris divini regna aliis conferendo, subditos à juramento fide-  
 litatis, principi suo legitimo vel præstito vel præstando, ab-  
 solvendo, Clericos à Jurisdictione Magistratus seculari exi-  
 mendo, sibi que *dominium totius Mundi* vindicando. *Canonistæ*  
 insuper & alii *sycophantæ*, *Pontifici Romano directam potestatem*  
*in universum terrarum Orbem tam in Ecclesiasticis, quàm in Poli-*  
*ticis* tribuunt. quos magno numero allegat & sequitur *Alexan-*  
*der Carerius Patavinus.* quem nuperè notavit D. D. *Röberus.*  
 Hæc illa.

*Est ardelionum Romanorum natio*  
*trepidè concursans, occupata in otio,*  
*gratis anhelans, multa agendo nihil agens,*  
*sibi molesta & aliis odiosissima.*

§ 30. Nempe juxta mandatum *Christi*, cujus audire vult  
 vicarius *Luc. XXII 25. Reges gentium dominantur eorum & pro-*  
*ceres regni Evergetæ vocantur: VOS autem NON SIC.* Inter-  
 dicebat *Salvator* discipulis suis, de *majoratu* ac præcedentia  
 altercantibus, titulis uti gentilibus, nedum *κατακυριεύειν τῶν*  
*κλήρων* 1. *Pet. V. 3. ἐνεργέται* enim *deorum ad instar à Græcis cole-*  
*bantur, hostiis, statuis ac imaginibus munerabantur ac cæ-*  
*lo collocabantur, testibus Luciano, Aristotele, Eusebio.* Sed &  
 qui de regno *Persarum* benemeriti fuerant *ὀρεσσύησαι*, ac inter-  
 pretibus *ἐνεργέται* nominantur. Eorum nomina codicillis  
 Regiis inscribebantur, sive: **בספר הזכרונות דברי הימים**  
*commonitoriis, Esther VI. 1. seq.* quod dudum notarunt *Janus*  
*Clemens Drusius, Desiderius Heraldus & Matthias Berneggerus.*  
 Verum Pontifex Romanus spreto hoc interdicto & titulis  
 gaudet gentilibus, & suprematum in tota Christianitate exer-  
 cet universalem. quem *nec jure divino neq; Apostolico neq; Eccle-*  
*siastico* tueri potest, quicquid etiam *Grotius & Milleterius* co-  
 nentur exprocare. Ostendit illud tractatus *ἀδελφότης*, cui

Conf. Ca-  
 thol. l. 2. p. 1.  
 a. 3. c. 6.

de potest.  
 R. P. adv. im-  
 pios Polit.  
 & hæret. l. 2  
 c. 9, 10.  
 sup. 1. Tim.  
 II. 4. pro-  
 cem. Phæ-  
 drus Fab. l. 2  
 fab. 36.

*ὡς ἡ γυ-*  
*μνασίων.*  
 A. 1. Rhet.  
 E. l. 1. ὡς  
 παρεστ.  
 l. 7. H. E. 18.  
 v. Briffon 19  
 de regno  
 Persarum  
 l. 1. p. 93. D.  
 obs. l. 12. 16.  
 H digress. l.  
 1. 11. advers.  
 1. 9. B. ad Ti-  
 tū Svetō. c. 8  
 & ad Pli-  
 nii pane-  
 gyr. p. 46.